

talem declarationem, modo exclusam remanere debeat à successione Primogenitura.

Et quidem asserita deliberata voluntas, & animi declaratio modo predicto, non resultat ex probationibus in antecedenti Instantia adductis pro parte Principis, & in hodierna repetitis. Non quidem primo ex Epistola de mense Octobris anni 1663. scripta Matri per Ducissam Liviam asserentem ibi - di fami Monaca in questo Monastero dopo haverlo in tanto desiderato; Neque ex susceptione habitus præcedenti examine, ac cum acceptatione capitulari, & cum licentia Eminentissimi tunc Vicarii Urbis data 11. Augusti 1664. relicto nomine Livie, & accepto alio fororis Mariæ Pulcheriæ S. Ambrosii, cum subsecuto anno probationis; Neque ex renunciatione d. eadem die 11. Augusti 1664. facta occasione ingressus in monasterium, & cum asseritiva, quod volebat in eo vitam celibem ducere, & Altissimo famulari; Nec tandem ex solenni oblatione sui ipsius, quam fecit die 29. Augusti 1665. cum promissione perpetuæ stabilitatis in Congregatione, ac obedientiæ juxta consuetudinem ipsius Congregationis.

Quoniam omnes supradicti actus fuerunt per Ducissam facti cum mentali, & verbalis relatione ad locum certum, & determinatum, quem ingrediebatur, & juxta illius condiciones, & qualitates, ut patet ex dicta Epistola scripta Matri de anno 1663; ibi - di fami Monaca in questo Monastero; Ex Instrumento Renunciationis ibi - vitam celibem velle ducere in Vener. Monasterio S. Mariæ Dolorum; Et clarior ex ipsa solenni oblatione (ex qua manifeste colligitur qualis fuerit mens D. Livie in omnibus antecedentibus actibus) ibi - promitto perpetuam stabilitatem in dicta Congregatione, conversionem morum, & obedientiam juxta consuetudinem prædictæ Congregationis. Cum autem dicta Congregatio, seu monasterium ex sui fundatione, seu instituto non obliget ad votum solenne castitatis, seu perpetuum celibatum immutabilem, & impedivum matrimonii, imo variabilem, & mutabilem, & non impedivum matrimonii, ut declaravit sub die 3. Julii 1673. Sacra Congreg. Concilii decernens pro oblatione factam à D. Livia matrimonium contractum non dirimi, & die 30. Septembris ejusdem anni - locum S. Mariæ Septem Dolorum non esse regularem, inde sequitur quod tam ingressus in d. monasterium, seu Congregationem nuncupat, S. Mariæ Dolorum, quam electio vite celibis, ac Renunciatio ejus intuitu emissa, & oblatio cum promissione perpetuæ stabilitatis regulentur ex natura loci, quem D. Livia ingrediebatur, & contineant intrinsicam conditionem, si & quatenus illa persisteret in dicto loco à se electo cum libertate variandi, & matrimonium contrahendi. Et propterea sicuti juxta naturam, & Statutum dictæ Congregationis variabilis, & mutabilis erat status, ita quoque variabilis, & mutabilis remansit declaratio vivendi in celibatu à D. Ducissa in ingressu emissa, ita ut secuto egressu secum tulit resolutionem, & annulationem præfate declarationis, & Renunciationis ejus contemplatione secuta, ut in Decisione in hac causa emanata cor. bon. mem. Albergato 17. Junii 1686. §. Placuit Dominis animadvertere, & §. Ideoque talis.

Tanto magis quia aliunde etiam constat de animo dictæ Ducissæ non assumentis statum perpetuum celibatus, sed contrahendi matrimonium; Tum ex judiciali depositione bonæ memoriæ Patriarchæ Altoviti attestantis, quod in publicatione constitutionum dicti loci, D. Livia expressè tenuit acceptare præfatas constitutiones, eo quia per talem acceptationem volebat sibi præjudicare in potestate contrahendi futuro tempore matrimonium; Roborata ex attestazione Superiorissæ, & Vicariæ, ac judiciali depositione duarum ex oblatissis ejusdem loci; Tum etiam ex attestazione Patris Maracci; Tum demum ex Epistolabonem Cardinalis Albritii exhibitâ in Summ. præterito Ducissæ n. 11. cui non adversatur alia Epistola ejusdem Cardinalis data in hodierno Summ. Principis n. 2. quia ex ipsius tenore confirmatur, oblatas dicti loci non emittente vota solennia impediviva matrimonii, & presertim loquendo de D. Livia in fine ait, ipsam nullum votum emisisse ibi - ma il male sia, che in lei ne meo voto.

Verum dato per possibile, quod per prædictos actus voluntarios constaret tunc temporis de deliberata voluntate permanendi in celibatu perpetuo, & abstinendi à matrimonio, nihilominus cum tempore, quo factus fuit locus successioni pro obitu ultimi masculi Primogeniti, de facto D. Livia jam à Congregatione egressa matrimonium contraxerat cum viro ex familiis consanguineis contemplatis in Primogenitura, filioque susceperat, & ob id con-

currant in ea de hoc tempore qualitates à Conditioribus Primogenitura requiritæ, hoc satis est, ut ei successio in controversis bonis adjudicanda veniat, quantumvis antecedenter inhabilis, seu incapax extitisset; Habilitas namque ad succedendum attenditur de jure habito respectu ad tempus delatæ successions, l. Sedis conditioni 6. §. 2. l. Lihororum 59. §. Si heres, ff. de hered. instri. Feder. de Sen. conf. 26. n. 2. & per tot. Molin. de Primog. lib. 3. cap. 2. n. 16. & 17. cum aliis in Decisione, quæ revidetur §. Et tempore.

Et per hoc Clericus Beneficiarius in minoribus constitutus admittitur ad successione feudis, si tempore delatæ successions per dimissionem habitus clericalis, & declarationem velle succedere in feudo, habilis reperitur tempore successions Cæsar. de Grassi. de effect. clericat. effect. 4. n. 86. Donat. Anton. de Marin. l. 1. c. 120. n. 15. Capyc. de eis. 115. num. 11. & seqq. Rota dec. 344. num. 17. & 18. cor. Cerro, quæ loquuntur in terminis Primogenituræ; Et de professo in Religione Societatis Jesu cum tribus votis Castill. dec. 201. num. 9. vers. quibus omnibus, usque ad 32. ubi refertur fuisse judicatum Castill. de donat. contemp. marim. tom. 1. disc. 2. part. 4. num. 25. vers. tertius casus, cum seq. Et de Primogenito in aliis Religionibus Caldas in l. Securatore, verbo implorare, n. 26. & 29. Cod. de in integr. restit. Miercz. de majorat. part. 2. quest. 3. num. 192.

Quæ eo magis procedunt ex verbis Primogenituræ contentis in ea parte, quæ præcipitur declaratio de nubendo, quæ restricta pariter legitur ad tempus delatæ successions; habent enim in Primogenitura impressa n. 151. ibi - Ut singuli Primogeniti, isidelicet, cui dicta successio pro tempore aperitur; Primogenitus enim ille solus dicitur, qui talis reperitur tempore delatæ successions, Miercz. de Majorat. p. 2. quest. 4. illat. 3. num. 8. Rota coram Bichio dec. 602. n. 20. & illa verba - isidelicet, cui dicta successio pro tempore aperitur, hoc idem tenent delatæ successions significati, Rot. dec. 648. num. 8. coram Donoz. Jun. & in dec. quæ revidetur §. Tum quia. Idemque resultat ex aliis subsequentibus verbis Primogenituræ n. 153. ibi - aliam eadæ à commodo presentis Primogenituræ, & successio in ea aperitur, & devolvatur alteri juxta ordinem dictæ Primogenituræ proximè vocato. Eo enim ipso quod non declarans privatur commodo Primogenituræ cum devolutione successions ad alium vocatum, dicendum venit, quod in hac parte præsupponatur successione fuisse delatam, cum privato præsupponatur habitum l. decem, ff. de verb. obli. Rota dec. 75. n. 5. p. 16. dec. 320. num. 4. part. 17.

Et manifestè idem comprobatur exemplo femine, quæ si præcedenter per matrimonium contractum extra quatuor Familias se ad succedendum inhabilem reddidisset, si tamen tempore aperta successions Vidua reperjatur, & nubat cum aliquo viro ex dd. Familiis in Primogenitura contemplatis, tunc fit capax succedendi ibi - Si vero Vidua tunc reperjatur, cum aliquo ex prænominati Familis, modo, & forma præmissis in matrimonium se collocare teneatur, ut in primogenitura impressa n. 98. Adinstar Statuti exclusivæ feminam maritamat, si illa tempore successions effecta sit Vidua, ad successione admittitur, ut Decisione quæ revidetur, §. Idque robor.

Uterius neque celibatus electus à Ducissa ponit ipsam reddere incapacem succedendi juxta literam Primogenituræ, quia in ea solum excluduntur illi Religiosi, qui solennem professionem emittunt, & Clerici in sacris constituti, qui obligantur ad perpetuum celibatum omnino tempore exclusivum, & impedivum matrimonii, non illi, qui vitam celibem elegerunt variabilem tamen, & possunt matrimonium contrahere, & habiles se reddere tempore delatæ successions, ut liquet ex verbis relatis in Primogenitura n. 67. & seqq. ibi - exclusivè etiam Religiosi tam Regularibus, quam secularibus, ac militibus earum Religionum, quæ requirunt celibatum, & excludunt matrimonium, prout etiam Clerici secularibus in sacris constituti, quos semper excludi voluerunt, non odio Religionis, sed ut perpetua bona mediante matrimonio in familia, & pro conservatione Primogenituræ hujusmodi mantententur.

Patrum refragante replicatione quod incapacitas, & inhabilitas Ducissæ non sumatur ex statu Monacatus includentis perpetuum celibatum exclusivum matrimonii, de quo loquitur Primogenitura in verbis proximè citatis, sed ex ipsa animi declaratione vivendi vitam celibem ensidèsa à Ducissa in tot actibus supra citatis, ex qua inhabilis, & incapax evasit juxta aliam partem Primogenituræ n. 153. ibi - Ut singuli Primogeniti &c. declarare, seu declarasse debeant, an velint sacris initiari, & in celibatu vivere,

re, sed potius uxorem ducere, quia in hac parte Primogenituræ istius Conditores loquuntur de tempore, quo successio fit aperta favore declarare debentis, ut patet ex illis verbis immediatè antecedentibus ibi - isidelicet, cui dicta successio pro tempore aperitur, ut supra probatum est; Declaratio autem Domine Ducissæ vivendi in celibatu non fuit per ipsam emissa de tempore, quo in ejus favorem est facta, & delatæ successio; Sed tempore incongruo, & multo ante, ac dum vivebat adhuc D. Dux Philippus ultimus masculus, sicque ex dicta declaratione non oritur Ducissæ inhabilitas, & incapacitas ad succedendum ex lege Primogenituræ.

Minusque relevantibus verbis illis - seu declarasse debeat, ex quibus arguebatur Conditores Primogenituræ respicere voluisse etiam tempus præteritum, & ante delatam successione: quia, ut respondet præcedens Decisio, §. In nihilo, illa verba fuerunt ante vigesimum quintum annum, relictio fieri possunt etiam ante vigesimum quintum annum, relictio tamen themate aperta, vel delatæ successions.

Ex his itaque clare resultat asseram asmi declarationem Domine Ducissæ nullatenus habuisse in se factum obstativum, & exclusivum successions Primogenituræ, & consequenter nullum jus fuisse questum D. Principis, quia jam tunc ipsa quæ erat extra quatuor familias, & eo tempore aderant alii heredes capaces succedendi, & jus D. Principis dependebat ab eventu permanentiæ D. Ducissæ in statu celibatus de tempore delatæ successions, de quo tempore, cum jam resoluta fuisset electio celibatus, & consequenter renunciatio ejus causâ facta, resolutum quoque fuit quodcumque potius legit Principis; Donat. Anton. de Marin. resol. lib. 2. cap. 195. n. 10. Tur. de pact. futur. success. lib. 2. cap. 25. an. 68. cum seq. tuncque solum Primogenitum admittit Primogenituram nuptam extra quatuor familias, quando non adit alia femina capax ad succedendum, scilicet nupta cum uno ex quatuor familiis, tempore delatæ successions.

Et certo certius omnes alii asseri adus voluntarii gesti independentèr à declaratione animi perpetui celibatus convincuntur exempti ab omni, & quocumque imaginabili factio oblativo, seu exclusivo successions Primogenituræ, & præcipue destinationis Matrimonii, ut exinde stabiliretur Domus Castarina, gratulationis, & nativitatibus primi Filii, ac translationis possessionis bonorum Primogenituræ factæ à Duce Patro, post nuptivatem primi filii masculi; Quia hujusmodi adus gesti à D. Ducissa nuda fuerunt compatibiles cum ejus animo, quem tempore retinuit nubendi, & succedendi in Primogenitura, quatenus per obitum Ducis Patris fuisset ad ejus favorem aperta successio Primogenituræ, sed sunt etiam æquivoçi, & de jure insufficientes ad referendam successione in insignis Primogenituræ, illi que jus in aliis transferebat, ex theorica Ognat. de contract. tom. 2. disp. 29. de promiss. fact. 1. num. 4. & ex alio recepto Juris principio, quod actus voluntatis non possunt in plus obligare quam sit ipsam voluntas, Card. de Luca de Herede, & hered. dec. 29. num. 7. Præsertim dum in specie ad sibi præservandam matrimonium libertatem publicè recusat profiteri novas Conservatorii Constitutiones, tanquam perpetuarias celibatus, & excludentes matrimonium, quibus dumtaxat esse voluerunt, ut in instrumento ejusdem Primogenituræ n. 66. & in effectu eodem anno eadem D. Ducissa matrimonium contraxit cum uno ex quatuor familiis, ex subsequentibus enim declaratur qualis antea fuerit animus, & sic sine ulla imaginabili hesitatione, quando, ut in præfenti talis etiam fuit D. Ducissæ animus ante, & post ingressum Conservatorii. Imò animum contrahendi matrimonium expressit in ipsomet Instrumento Renunciationis stipulato occasione ingressus in Conservatorium, quia non renunciavit l. singulis, C. de revoc. donat. emittique professionem ad formam Constitutionum ejusdem Conservatorii, quæ perpetuum celibatum excludebant.

Temperamentum autem propositum à scribentibus pro Principissa medium vitæ eligendi, dando nempe unum fori medietatem Primogenituræ, & alteri aliam medietatem ad terminos text. in l. Si Pater q. & l. sen. digestis de heredit. instri. leg. Tit. de testat. ff. de legat. 1. in nulla consideratione habitum fuit à DD. quia illud locum sibi vendicare posset, si verasere in articulo valde dubio, cæcæra indigens decisione, non autem quando, ut in casu tam ex Juris dispositione, quam ex mente Conditiorum Primogenitu-

ræ clarè dignoscitur, successione spectare ad D. Liviam, & quod plus est, ipsimet insinuatiorum Primogenituræ voluerunt, ut pro splendore, & decore familie bona absque celsura penes unicum possessorem permanere deberent, cum prohibitione alienandi etiam ex causa dotis, & quarumcumque detractionum Legitimæ, & Trebellianicæ, ut bona in familia in infinitum, & perpetuè conservarentur, & transfunderentur in primogenitum, ut dicitur in Primogenitura num. 110. ad n. 115.

Et ita ex aliis in præcedenti Decisione firmatis resolutum fuit, videntibus omnibus Dominis, utraque &c.

R. P. D. M U T O

Romana Majoratus, & Primogenitura de Cæsarinis.

Luna 22. Februarii 1697.

Sententiam Rotalet R. P. D. mei Molines in petitorio judicio declarantem prævisi duabus decisionibus editis 23. Januarii 1694. & 22. Aprilis 1695. constare de bono jure Domine Ducissæ Livie de Cæsarinis super successione in insigni Majoratu, ac Primogenitura dictæ Nobilissimæ Domus speciali Motu proprio sanctæ memoriæ Greg. XV. confirmatis in exclusionem Domine Principissæ Cleriæ Sororis, PP. hodiè coram Me in ulterioris instantiæ gradu confirmatione dignam existimant, utpotè sine contentione validam, & pariter justam, eo quia Primogenitura conditores, extinctis, ut sunt verba, lineis masculinis legitimis, & naturalibus &c. & quatenus illegitimus non extaret, in omnibus, & singulis bonis &c. succedere voluerunt ex nunc pro tunc, & in hujusmodi casum, & eventum ad illorum successione unanimiter vocarunt, & nominarunt filiam feminam primogenitam in primo gradu proximiorum ultimo decedenti primogenito, & deinceps ejusdem filiæ femine filios, nepotes, & alios descendentes de primogenito in primogenitum, dummodo dicta filia femina sic vocata tunc nupta sit, & reperjatur cum aliquo Nobilissimo viro secundo, vel alijs deinceps genito ex Nobilissimis Domibus, vel familiis infra scriptorum Baronum Romanorum ipsi DD. Fratris consanguineorum, videlicet ex Familia Ducis Jo. Antonii Ursini Ducis Sancti Gemini, ex Familia Cæjatanæ Ducum Sermonetæ, ex Familia Stortia Ducum Signiæ, & Cæsiæ Ducum Aqualpartis, & quatenus non fuerit nupta nubere debeat cum uno ex dictis Nobilissimis Familiis prædictorum Baronum Romanorum &c. & cum per obitum Ducis Philippi postremi masculi sequentem de anno 1685. aperta fuerit successio favore feminarum, in præfata relata Primogenituræ lege, jure merito debita fuit successio D. Ducissæ Livie, singula requisita per conditores volita habentis, quia est natu major, & primogenita, junctaque in matrimonio cum D. Duce Federico Stortia quartogenito ex Ducibus Signiæ in concursu Domine Principissæ Cleriæ utrogenitæ, & nuptæ cl. mem. Philippo Columnæ Somnenti Principi extra dictas Familias in Primogenitura contemplatas, ut latè firmant decisiones hujus causæ, & adductis per Torr. de primogen. & majorat. part. 1. cap. 25. n. 194. cum seq.

Abique eo, quod iterum obstatè visum fuerit repetitum obiectum, quod cum iidem Primogeniturae institutores in §. 152. cum seqq. sanciverint sunt verba: Et amplius ne dicitur in suspensio, & in incerto successio in d. Primogenitura, & Majoratu, iidem DD. Fratres unanimiter disposuerunt, & mandarunt, ut singuli Primogeniti ad successione dictorum bonorum, & jurium prædictorum vocati, isidelicet, cui dicta successio pro tempore aperitur, cum primò pervenerit ad 25. ejus etatis annum declarare, seu declarasse debeat, an velit Sacris initiari, & in celibatu vivere, seu potius uxorem ducere, & si elegerit uxorem, illam cum effectu ducere teneatur ante 30. annum complem, alias cadat à commodo presentis Primogenituræ, ac successio in ea aperitur, & devolvatur alteri juxta ordinem dictæ Primogenituræ vocato. Hinc proinde ex quo dicta D. Ducissa Livia declaravit præcisè velle in celibatu vivere occasione ingressus in Piam Domum, seu Monasterium Septem Dolorum, videatur ad normam ejusdem Præcepti cecidisse si non à commodo, quod tunc non habebat saltem à jure Primogenituræ, junctâ præcipuè æquitate urgente e converso ad favorem Domine Principissæ Cleriæ, quæ ex causâ istius declarationis matrimonium contraxit cum memorato Principe Philippo, pro ut præceteris exaggerat, & pro veritate sublinere contendit Card. de Luca in suppl. par. 3. tit. de fideic. disc. 204. per tot. & signanter à n. 16. ad fin.

Quandoquidem in hodierna disputatione ponderata melius præceptiva hujusmodi dispositione recognitum fuit, eam dumtaxat procedere in vocatione masculinorum, prout contextus offendit, & signanter in illis verbis: *Seu prius uxorem ducere, & si elegerit uxorem illam cum effectu ducere tenetur*; quæ solum masculis adaptantur reflectendo ulterius ad præstationem temporis, seu ætatis 30. annorum, pro nuptiis actualiter inveniendis, cujusmodi tempus, seu ætas præstationata, atque apta matrimonio dici valeat tantum in masculis, eoque clarior, quia, ut ex verbis in exordio relatis feminæ habent suam particularem, & distinctam vocationem, sui substitutionem, in qua tale præceptum non legitur, adeoque intrat vulgata juris regula, quod ab una dispositionis parte non liceat inferre ad aliam, cui particulari lege provisiu fuit, de qua Dec. conf. 543. numer. 2. Honded. conf. 48. num. 50. lib. 2. Rota cor. Gregor. dec. 514. num. 8. & in res. decif. 165. num. 16. & 18. par. 9.

Præterea præsupposita declaratio cælibis status, aut non fuit deliberata cum positivo animo abstinendi à nuptiis carnalibus, vel reddidit inefficax ad privandam D. Duciffam jure successione in hac Primogenitura, siquidem deliberata non fuit cum animo abstinendi à nuptiis carnalibus, nam ex epistola Cardinalis Albricti, ex depositionibus R. P. D. Patriarchæ Altoviti, Patris Maracchi Confessarii gloriosæ memorie Innoc. XI. ac nonnullarum Oblatarum dicte Pie Domus, seu monasterii apparet, quod ipsa desiderabat matrimonium contrahere, sicuti latè explicat utraque decisio R. P. D. mei Molines, prior nempè 23. Januarii §. Etenim, cum sequentibus, & secunda 22. Aprilis. §. Tanta magis.

Item per hypothèsim probata redderetur inefficax, tum ex eo, quod non agit de expressa declaratione principaliter facta in executionem relati Primogeniture præcepti, sed de implicita, ac virtuali desumpta ex asserta epistola Marci conscripta, susceptione habitus, & renunciatione ex causa ingressus in dictum monasterium, ut ex solemnibus ipsius oblatione. Ipsi enim agens cum gestu fuerit cum mentali, ac verbali relatione ad idem monasterium cum mentali, conditione; & qualitates, ex quo illud ex sui fundatione, seu Instituto non obligat ad votum solemne castitatis, seu perpetuum, & immutabilem cælibatum impedivum matrimonii, prout præcisè in hac causa declaravit S. Congregatio Concilii de anno 1673, cujus Decreta Tribunal nostrum reverenter amplectitur, ut ipsimum testatur in res. decif. 71. n. 15. p. 14. & dec. 297. n. 2. p. 17. & alibi passim. Ex hujusmodi locis naturales actus substantiantur, & per consequens variabiles, ac mutabiles sunt, nec ullo modo importare possunt positivam declarationem abstinendi à nuptiis carnalibus, itaut sequito egressu D. Duciffæ à monasterio, nuptiisque carnalibus per ipsam, & quidem ante apertæ successione casum contractis, statim temporales, ac variabiles cælibatus declaratio evanuit, ut ponderantur omnes decisiones hujus causæ, & præcisè postrema §. Quoniam. Primogeniture siquidem conditiones excludunt dumtaxat eos Religiosos, qui solemnem professionem emittunt, & Clericos in Sacris constitutos, qui perpetuo, ac solemni cælibatu se adstringunt impedivum prorsus matrimonii, non eos, qui vitam cælibem variabilem tamen elegerunt quandoquocumque matrimonium contrahere possunt, ut habetur ex illis verbis: *Exclusio etiam Religiosorum tam Regularium, quam Sæcularium, ac Militum earum Religiarum, quæ requirunt cælibatum, & excludunt matrimonium, prout etiam Clericis secularibus in Sacris constitutis, quot semper exclusi voluntarii, non odio Religionis, sed ut perpetuo bona mediant matrimonio &c. in Familia manententur.*

Tum clarior ex quo cum de tempore, quo successione casus evenit per obitum ultimi Primogeniti masculi, jam D. Duciffa Livia è memorato monasterio fuisset egressa, matrimonium copulata cum Viro ex Familiis contemplatis in Primogenitura, & filios procreasset, talique modo habilis ad succedendum effecta ob concursum omnium qualitarum per conditores exoptatarum, tamen medio tempore, ut pretenditur extitisset inhabilis, non exinde tamen orbatam remansisset jure Primogeniture, quia de tempore successione attendendo reperita fuit capax, & habilis, ut disponit text. in l. Sed si conditione 6. §. 2. & leg. Liber Homo 59. §. Si heres. ff. de hered. instit. Molin. de primog. l. 3. cap. 2. n. 26. cum seqq. Miercz de majorat. par. 1. g. 2. sub n. 53. & Rota in utraque decisione R. P. D. mei Molines in comprobationem adducens exemplum Clerici Beneficiati in minoribus constituti, & à successione feudis exclusi, qui si re integra, & ante casum successione Clericali, & Beneficium dimittat, succedere potest in feudo, quod prius di-

serat Rosental. de feud. c. 7. concl. 30. n. 1. cum seqq. de Pont. dec. 4. n. 4. & 5. cum alius per Rot. cor. Card. Cerro decif. 744. n. 17. & 18.

Cui etiam dispositioni juris consonat ipsa Primogenitura lex in illis verbis: *Et nunc pro tunc, & in huiusmodi casum, & eventum vocatur, & nominatur filiam feminam primogenitam, dummodo tunc nuptia sit &c.* quæ restringunt vocationem, & apertionem successione ad præcisum casum obitus ultimi possessoris masculi, prout est etiam de regulari natura Primogeniture, in qua Primogenitus dicitur ille, qui talis de tempore delatæ successione reperitur, Miercz de majorat. p. 2. q. 4. illat. 3. n. 12. Rot. cor. Bich. dec. 622. num. 20. cum seq. atque etiam ex aliis subsequentibus. Alias eadem à commodo presentis Primogenitura, & successio in ea aperitur, & devolvatur alteri iuxta ordinem dicte Primogenitura proxime vocato, quæ similiter præsupponunt successione fuisse delatam, cum aliis non declarans non privetur commodo Primogeniture cum devolutione successione ad alium vocatum ex regula text. in l. Decem. ff. de verb. oblig. Rot. in res. decif. 73. num. 18. & decif. 211. n. 12. par. 19. & demum ab exemplo femine ex eadem Primogenitura desumpto, quæ si præcederet extra quatuor Familias nupta se ad succedendum inhabilis fuisset effecta, si tamen de apertæ successione tempore vidua reperitur, & nubat in una ex Familiis contemplatis per conditores, sit capax succedendi, ut intelligi debet eisdem intermediam incapacitatem de successione tempore cessantem, non abhorruisse.

Haud obstantem replicationem; quod superius firmata procedant quoties prætenditur exclusio ex capite status incompatibilis, secus autem ex declaratione non nubendi, vitamque cælibem aducendi, ex qua statim acquisitum fuerit jus Domini Principissæ ultrogenita, nam non agit de declaratione deliberatè emissa, dequæ tempore delatæ successione, & ad præcisum finem, & effectum viam ulteriori genito aperiendi, prout loquuntur Doctores in oppositum allegati, & conditores Primogeniture disponunt in illis verbis: *Is scilicet, cui dicta successio pro tempore aperitur &c. sed longe ante, ut reacquisita capacitate de successione tempore, declarationeque vite cælibis revocata per egressum à Monasterio, & per incompatibilitatem matrimonii statim ante apertam successione dici non potest inhabilis ad succedendum ex ipsa conditorum mente, non adversantibus aliis verbis: *Seu declarasse debet, dum fuerint apposita ad ostendendum, quod declaratio fieri potuisset etiam ante 25. ætatis annum, retento eodem delatæ successione themate, sicuti firmat utraque decisio R. P. D. mei Molines, prior nempè, §. In nihilo, & altera, §. Minusque.**

Hinc D. Principissæ Clericæ promanat ab hac Primogeniture successione exclusio, nam sublatò recitatae declarationis obstaculo cum Domina Duciffa Livia sit primogenita, nuptaque in una ex Familiis consanguineis in Primogenitura exoptatis, eadem, ut præcongnitum fuit, successio debeat, non autem D. Principissæ ultrogenitæ, ac matrimonio junctæ cum Viro extra Familias contemplatas, non urgentibus nonnullis præadductis signis in comprobationem anterioris matrimonii dicte D. Principissæ per D. Duciffam offensis, cum sit æquivoca, & proinde inefficacia ad erogandum sibi præjudicium in hac insigni Primogenitura, signanter cum Domina Duciffa, ut constat ex dicta altera D. Cardinalis Albricti, ac ex depositionibus R. P. D. Altoviti, Patris Maracchi, & oblatarum ante dicti monasterii ex presse voluntatem patefecerat matrimonium contrahendi, ideoque verisimile non est in Dom. Principissam Sororem cum tanta ipsius jactura sui suum transferre voluisse.

Denum nec sub motivo urgentis æquilitatis inter has DD. Sorores dividenda est pro medietate successio, prout suadere conabantur scribentes pro D. Principissæ ex dispositione text. in l. Si pater 40. & l. seq. ff. ac hered. instituen. l. Tertia Testator, ff. de legat. 1. & ab exemplo Domus Theodulæ, ubi, non arbitratà Primogeniture lege previo tamen laudo, seu arbitramento per san. mem. Clem. VIII. confirmato, eadem divisa exitit inter duos fratres, nam non versatur in articulo dubio Cæsareæ decisionis indigentæ, sed in casu, quo tam ex censura juris, quam ex mente institutorum Primogeniture successio in totum deseruit D. Duciffæ priori natæ, ut optime advertitur in secunda decisione R. P. D. mei Molines, §. finali. Exemplum verò Domus Theodulæ redditur præteritis inapplicabile, ex quo ibi Partes decisionem controversiæ remiserunt Arbitris

tris per viam conceditæ, & amicabile compositionis, quod deficit in casu presenti.

Et ita Dominis omnibus videntibus, ac remissive ad antecedentes hujus causæ decisiones, in reliquis se habentibus conclusum fuit utraque &c.

JANUEN. MAJORATUS DE GRIMALDIS

I N T E R

HIERONYMUM PRINCIPEM HYERACIS,

E T

JOANNEM BAPTISTAM DE GRIMALDIS,

Responsum pro veritate.

De eodem puncto, de quo supra disc. i. cum pluribus sequentibus, an scilicet detur differentia inter primogenituram, & majoratus Hispaniæ, ac majoratus Italiæ ad effectum regulandi successione; Et an in eis attendi debeat major ætas per naturam, vel potius prerogativa lineæ primogenitæ. Et quid referat annua, vel plures lineæ ab initio constitutæ sint.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series cum resolutione.
- 2 Quid referat unam, vel plures lineas constitui.
- 3 De stylo Rote Romane, ut ejus Auditores non proferant votum sine participatione.
- 4 Quod quandoque proferantur judicia ex motivis politicis.
- 5 Quod regula assistit nepoti ex primogenito contra patrum.
- 6 Quando cooperit usus primogenitorum, & majoratum.
- 7 Damnatur prolixitas, & laudatur brevitatis.
- 8 De stylo Auditoris non curandi impugnationes suarum opinionum.
- 9 Persequitur in eodem sensu, de quo disc. i.
- 10 Quod antiquitus fideicommissa non essent obligatoria.
- 11 De origine, & introductione primogenitorum, & majoratum cum historica reassumptione rerum Italiæ.
- 12 In quibus casibus attendatur major ætas per naturam, & veritatem.
- 13 De circumstantiis particularibus casus ex quibus regulanda est voluntas disponentis super una, vel altera specie majoratus.
- 14 De eadem conclusione, de qua n. 2. quid referat unam, vel plures lineas ab initio constitui.
- 15 Ordo successione regulandus est ab ultimo moriente, non autem a primo testatore.
- 16 De exemplo successione Regnorum Portugalliæ, & Neapolis.
- 17 Expenditur votum antiquum Auditorum Rote Romane in ista dispositioe.
- 18 De distinctione inter jus successione, & jus administrationis.
- 19 Concluditur pro injustitia resolutionis.
- 20 Ad quid referat agere de origine, & introductione, de qua n. 1.
- 21 Quomodo Doctorem auctoritati sit deferendum.

D I S C. CCII.

Hieronymus de Grimaldis de anno 1550. instituto Baptistanico filio, inter aliam ejus testamenti disposita, pro commendabili illius Civitatis conductu, mandavit multiplicum aliarum comperam S. Georgii ad hoc, ut fructus distribuerentur inter pauperes de familia eo modo, quo supra disc. 3. infra disc. 237. & sub tit. de jur. patron. disc. 54. & alibi, mandando hanc distributionem fieri debere per Magistratum pauperum cum interventu majoris natu de linea dicti Baptiste, nec non voluit, quod major natu pro tempore descendens à linea masculina ipsius testatoris haberet debet usum, & fructuonem domus, vel Palatii propriae habitacionis, donec linea masculina duraret, eaque defecta major natu linea femineina.

Cum autem ex Baptista fuissent superstites Joannes Franciscus primogenitus, & Pasqualis secundogenitus, atque de eis defunctis de anno 1597. circiter casus præbuisset, quod Andreas filius Pasqualis secundogeniti esset naturaliter ætate major Hieronymo filio Joannis Francisci primogeniti; Hinc inter istos, nulla mentione habita fructuonis Palatii, quam Hieronymus continuabat post mortem Patris, atque

semper continuavit prout fecit Joannes Franciscus ejus filius usque ad obitum, orta fuit controversia super dicto jure distribuendi fructus comperam inter pauperes de familia; Illoque Magistratu desuper consulente Seraphinum, & Pamphilium seniores Rota Romane Auditores, ab istis prodiitvotum Pasquali naturaliter natu majori, quamvis de linea secundogenita, favorabile, ad cuius normam prodiit decretum, juxta styllum ejusdem magistratus executioni demandatum; Sequita verò nuper motu dicti Joannis Francisci Junioris Principis Hyeraci, superstitibus Hieronymo primogenito, & aliis filiis, præntensionem excitavit Pasqualis junior dicti Pasqualis secundogeniti, ex filio nepos ætate major, atque uno gradu testatoris proximior, super fructuone, vel usu dicti Palatii, quasi quod non curata prerogativa lineæ, sub nomine majoris natu venire deberet, qui per naturam, non autem per fictionem esset talis, multo verò magis, dum cum prerogativa ætatis conjungebatur etiam altera gradus; Introductaque causa in eo Senatu, vel altero consueto magistratu pro illius Reipublicæ stylo constituto ex nobilitate non professoribus legalis facultatis, ac propterea mos est assumere Assessores aliquos Juris Consultos, cum quorum voto in iis, quæ Juris fiant procedatur, eo modo quo in alia controversia oriente ex hoc testamento, ut supra prædictum fuit, ac etiam in casu de quo disc. 58. de feud. & in aliis plerisque causis hujus Civitatis, de quibus sub diversis materiis agit; Idcirco assumpta coram hujusmodi Consultoribus acerrima disputatione; Cum per Scribentes pro Hieronymo, magnum, ac potissimum fundamentum constitueretur in meo jam edito disc. i. hoc tit. e converso autem Scribentes pro Joanne Baptista illum in parte impugnano circa reprobandum distinctionis inter Majoratus Hispaniæ, & illos Italiæ, afferendo quod esset distinctio nova de meo capite contra communem sensum DD. in eodem quoque, magis verò in disc. 4. fundamentum constituerent in ea parte, in qua firmatur, quod in ista questione utpotè facti, & voluntatis potius quam juris principaliter, & ante omnia inspicere debet expressa, vel saltem præsumpta, & conjecturata voluntas testatoris, cui omnes regulæ, & autoritates cedere debeat, quasi quod ex facti circumstantiis ista voluntas Joanni Baptiste actori assisteret; Hinc penè eodem tempore cum aliquo dieum intervallo per utramque partem meum exitium fuit judicium, atque utriusque breviter respondi penè per eadem verba circa Juris theoricam relativè, & approbativè ad firmata disc. i. favore Hieronymi majoris natu civilliter ex prerogativa lineæ, opinando quod ex facti circumstantiis non resultaret diversa testatoris voluntas, quæ isti factuæ theoreticæ limitationem producit, quinimodò potius mihi videbatur, quod factum eidem Hieronymo assisteret, atque Juris dispositionem comitaretur.

Contraria tamen prodiit resolutio, qua fertur ex plerisque motivis prodiisse; Primo nempè ex eam circumstantia, quod testator agendo de isto majoratu Palatii vocaverit majorem natu lineæ proprie, non autem lineæ Baptiste hæredis, ut in alia dispositione super distributione fecit, quasi quod ita unicam lineam æqualiter omnium descendencium complexivam constitutere voluerit, & per consequens, quod non adesset discretio linearum, præcipuum, ut supponebatur, fundamentum constitutum in distinctione à me tradita disc. 57. num. 21. in fin. 102. n. 3. 104. num. 7. 106. num. 13. & 14. magis verò ad rem disc. 117. num. 1. & latè per Rosam consul. 169. n. 62. & seqq.

Secundo magis in dicto voto adeò qualificatorum duorum Rote Auditorum, juxta quod prodiit decretatio Magistratus executioni demandata; Potissimè quia dictum votum dicendum venit totius Rotæ stante istius Tribunalis stylo enunciato disc. 32. in relac. cur. quod etiam isti negotiis, in quibus extra Rotam singulari nomine ejus Auditores, vel tamquam consultores, vel tamquam arbitri assumantur, & usui magnum præbuit aditum scilicet opinionum inter professores, unde prodiit omnimoda involutio totius facultatis legalis, adeo ut quilibet resolutio quantumvis injusta bene

Et tertio ac fortè magis, & principaliter, ex quibusdam motivis prudentialibus, quæ vulgò politica dicuntur à personarum contententium qualitate, aliisque circumstantiis resultantibus, cum præferim in hujusmodi Rebus publicis frequentius, aliquando verò etiam in Principibus Monarchicis, inoleverit iste mos, ubi præferim agatur inter nobiles qualificados, sive quod de re notabilis momenti agatur, procedendi cum hujusmodi regulis, quarum praxi, & usui magnum præbuit aditum scilicet opinionum inter professores, unde prodiit omnimoda involutio totius facultatis legalis, adeo ut quilibet resolutio quantumvis injusta bene